M0006554: Illustrations of cauteries for the ears, from Chyrurgia Albucasim, early 14th century

Publication/Creation

30 January 1940

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/vv4wver6

License and attribution

Wellcome Library; GB.
Conditions of use: it is possible this item is protected by copyright and/or related rights. You are free to use this item in any way that is permitted by the copyright and related rights legislation that applies to your use. For other uses you need to obtain permission from the rights-holder(s).

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org

secta. Si teneat ab incisione, aut timet in hac eminen-
tia nam non antiquatur. Capitulum quartum de cauterizatione

Quando curas emigraneam emigranee antique
cum eo quod diximus ex evacuatione precedente et quod
diximus in divisionibus egritudinum et non confert cu-
ratio et vides ex egritudine quod non sufficit ei quod diximus ex
ex cauterio primo cum medicinis. aut cum igne tunc oportet ut ignias
cauterium cultellare donec albificetur. postea si-
gnas super locum doloris cum lineas cuius longi-
tudo sit medietas digiti aut quasi illud. et tene
manum tuam vice una. et stringe tu eam
donec incidas arteriam et pervenias usque ad os.
Verumtamen necesse est ut caveas a continuitate
mandibule que movetur apud masticationem et
ut non uratur lacertus aut nervus qui movetur et accidat
spasmus. et esto super custodiam et cautelam
a fluxu sanguinis arterie quam abscindis. In
abscisione enim eius est timor et precipue ei qui ignorat
illud quod facit. et non est studiosus expertus. et di-
mittit operationem cum eo in primis. Et ego veni-
am cum rememoratione regiminis fluxus sangui-
nis accidentis ex arteria secundum modum suum et in lo-
co suo huius libri. Quod si vides egritudinem quod non suffi-
cit ei hoc cauterium et vides corpus infirmi tol-
lerans cauterium cauteriza ipsum in medio capi-
tis sicut narravimus et cura vulnus donec sanetur.
Et si vis aministra cauterium quod diximus in capitulo
extractionis arterie cum cauterio habente duos cul-
tellos. Est enim cauterizatio melior hac. et ma-
gis confert. Capitulum quintum de cauterizatione dolo-

Quando accidit in aure dolor propter causam
a frigore. et curatur cum solutivis. et reli-
qua curatione quam diximus in divisione et non remo-
vetur dolor. tunc igni cauterium et est illud quod no-
minatur punctorium cuius hec est forma.



Deinde puncta cum eo postquam ignitum fuerit in circui-
tu auris totius sicut revolvitur. aut in cir-
cuitu utriusque simul si dolor est in utraque. Et
elongetur cauterio a radice auris parum post-
quam signaveris loca cum encausto. et sit cauteri-
um quantitas decem punctorum in omni aure aut qua-
si illa. deinde cura loca donec sanentur. Capitulum sex-

Tortura tum de cauterizatione torture
que curatur cum cauterizatione non est nisi species
que accidunt ex flegmate secundum quod diximus
in divisionibus egritudinum. Et declina a cau-
terizatione speciei que accidit ex exsiccatione et spas-
mo nervi. Quando curas hanc speciem torture per res
et capitis purgationes et gargarismos. et non confert
curatio tunc oportet ut cauterizes infirmum tribus cauteriis

uno apud radicem auris et secundo parum inferius
a tempore suo et tertio apud coniunctionem duo-
rum labiorum. Et pone cauterium tuum ex contrario
partis infirme. quoniam mollificatio non accidit
nisi in parte que apparet sana. Et forma cau-
terizationis est ut cauterizes ipsum cauterio in
directo extremitatis auris superioris et
sub cornu capitis parum et alio in parte cuius lon-
gitudo sit secundum longitudinem pollicis et pone
manum tuam cum cauterio donec comburatur quantitas
medietatis spissitudinis cutis. Et hec est
forma cauterii. et est species cultellaris cuius
forma premissa est verumtamen est subtilior e-
a parum sicut vides.



Et oportet ut sit cultellus in eo superfluitatis
grossitudinis parum deinde cura locum cum eo
quod precessit donec sanetur. Capitulum septimum

Quando de cauterizatione apoplexie antique
antiquatur apoplexia et curas eam cum eo
quod diximus. et non confert medicatio tua. et in-
firmus non habet febrem tunc cauteriza ipsum quattuor cau-
teriis super omnia cornua capitis sui. et cauterio
in medio capitis sicut diximus. et cauterio in occi-
pitio capitis secundum quod precessit. Et modus cau-
terii sit secundum quod precessit. Et iam cauterizatur
cauterio super os stomachi. et est magis ultimum de
in curatione cum eo quod precessit. Capitulum octavum

Oportet de cauterizatione oblivionis que
ut in potu sit ex flegmate pre-
cedente infirmo in primis pilule magne et
pilule mundificantes cerebrum deinde radatur ca-
put infirmi totum et pone super occipitium eius
emplastrum de sinapi descriptum in tractatu em-
plastrorum. pone ipsum aliquotiens. Ipsum namque est
modus cauterii. Et facit illud secundum ordinem
currentem quod diximus illic. Si igitur sanatur per illud bo-
num est. et si non. tunc fac ei cauteria tria in posteri-
ori parte capitis sui que sint descendentia a
superiori parte capitis sui usque ad inferiorem
partem colli. Et pone inter omne cauterium gros-
situdinem digiti. Deinde cura cauterium cum e-
o quod precessit. Si vis autem additionem. et in-
firmus est tollerans illud tunc fac ei cauterium in me-
dio. Quod si vis additionem tunc cauteriza ipsum
super duo cornua deinde cura ipsum donec
sanetur. Sit itaque cauterium olivare secundum formam
que premissa est. Capitulum nonum de cauterizatione

Oportet ut de paralisi et mollificatione cor-
precedat in mundificatione capitis cum res
et cum eo quod diximus. deinde rade caput infirmi po-